

Band VIII., Nr. 3318, Seite 439-440

Graf Konrad von Vaihingen bestätigt dem Kloster Rechentshofen den Verkauf eines Waldes.

Haslach, 1284. Ohne Tagesangabe. [nach Februar 13].

Nos Cunradus comes de Veiingen tenore presentium constare volumus universis, quod nos venditionem nemoris nostri factam venerabilibus in Christo abbatisse et conventui monasterii in Rechinhoven Cisterciensis ordinis Spirensis diocesis ratificavimus et confirmavimus in villa Hasslach coram iudicibus iuratis eiusdem ville nec non coram pluribus aliis melioribus de villa, quorum nomina sunt subscripta. Sunt autem hec nomina eorum, sub quorum attestazione et complacentia dicte venditionis ratificatio et confirmatio per nos noscitur esse facta, videlicet Ulricus Hemminger scultetus, Ebelinus heimburge, Hartmannus Rappe heimburge, Goteboldus, Heinricus Zalhawer, Conradus filius Goteboldi, Hartmannus filius Ziegilman et C. frater eiusdem, Heinricus Suntheim, Volmarus apud Portam, hii inquam iudices iurati, preterea etiam Heinricus filius sculteti, Rüdolfus Berner, Ebelinus filius Gulleman, Meinrat, Albero et Waltherus filii mulieris dicte Ulrichin, H. filius Amite, Ber. filius antiqui sculteti, Lūze, C. Stokelin, Cozze, sub omnium inquam predictorum presentia attestazione et complacentia dictam venditionem confirmavimus perpetuo duraturam. Huius rei testes sunt omnes prenominati, insuper etiam dominus Waltherus plebanus in Haselach, Wernherus de Sterrinvels vir libere conditionis, Ludewicus de Wihingen miles, qui et ipsi presentes fuerunt, et alii quam plures, quorum non est hic opus nomina recitari. Ceterum in maiorem evidentiam premissorum presentes dedimus litteras sigillo nostro nec non domini Waltheri memorati plebani et Her[manni] militis de Sachsenhein sigillis diligentius communitas.

Actum anno domini MCCLXXXIII.

—

Nach dem Original.

Siegel 1) des Grafen Konrad von Vaihingen, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 2892 (WUB, Bd. VIII, S. 177). 2) rund, 24 mm., vor einem Altar, auf dem ein Kelch steht, knieender Priester; Umschrift: + . S . PBRI . I . HASELACH. 3) beschädigt, schildförmig, 58, c. 48 mm., auf einem Topfhelm eine hutförmige Figur mit zwei Büffelhörnern (Abbildung: von Alberti, Wappenbuch S. 667); Umschrift: + . S RMANI . DE . SACHSENHEN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

A 515 U 3

Überlieferung und Textkritik:

Original. Abschrift im Kopialbuch HStA Stuttgart H 14 Nr. 202, S. 54.

Regesten:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...]Rh. 4, S. 441 nach dem Kopialbuch.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Haslach

Ortsindex:

Enzweihingen Wohnplatz (1115)

Enzweihingen, Vaihingen an der Enz, LB

Großsachsenheim Wohnplatz (1139)

Großsachsenheim, Sachsenheim, LB

Hohenhaslach Wohnplatz (1141)

Hohenhaslach, Sachsenheim, LB

Niederhaslach Wohnplatz (1147)

Niederhaslach, Sachsenheim, LB

Rechentshofen Wohnplatz (1150)

Rechentshofen, Sachsenheim, LB

Speyer, SP

Sternenfels Wohnplatz (7106)

Sternenfels, PF

III

Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)

Vaihingen an der Enz, LB